

Joannis Alberti Regis super Sum-
mam mille marcarum Nicolao
de Kurzwandli in bono Brevis-
era inscriptio.

98
 Joannes Albertus Dei gratia Rex
 Poloniae Magnus Dux Lithuaniae,
 Rusiae, Prussiaeque dominus et heres etc.
 Significamus tenore presentium quibus
 expedit, universis, Quia satisfacere cu-
 pientes Magnifico Nicolao de Kurzwand-
 li Castellano Siradiensi summe nobis
 dilecto pro debito mille florenorum Hun-
 garicalium auri boni et justo ponderis
 per olim genitorem nostrum apud eum
 Republicae Regni tunc videlicet olim
 paterni nunc vero nostri necessitate exi-
 gente multo receptorum, simul quoque
 Reverendissimum in Christo Patrem Do-
 minum Andream Rora Dei gratia
 Archiepiscopum Leopoldensem sincere no-
 bis dilectum pro solutione dictorum mil-
 le florenorum ad vota ejusdem olim ge-
 nitoris nostri fidejudentem de illa cau-
 tione fidejussoria liberare et hunc ipsum
 Nicolaum de Kurzwandli pro dictis mille
 florenis indemnem reddere volentes, non
 per errorem aut indeliberate, sed de certa
 scientia deliberationeque nostra praeditos
 mille flor.

mille florenos Hungaricales cuius boni
et iusti ponderis debiti paterni eidem
Nicolaio et Successoribus suis in et su-
per bonis nostris Brexnicis tenute
sue inscribendam duximus inscribi-
musque tenore presentium mediante
per ipsum Nicolaum et ipsius Succes-
sores legitimos Bonam predictam nostram
cum omnibus et singulis Castro, Oppidis
villis pradiis, Censibus, pertinentiis et
quibuslibet redditibus, proventibus, the-
loniis, introitibus descriptis in litteris
prioribus per ipsum Nicolaum super ea-
dem bona nostra iuste et legitime ob-
tentis et habitis, ac universis pertinenz-
iis et utilitatibus ad ipsa spectantibus,
iuxta omnem tenorem et continentiam ali-
quam litterarum super eadem bona
ipsi Nicolao iuste et legitime datarum
et concessarum, tenendum habendum et
possidendum pacifice tandem quousque
predicti mille floreni Hungaricales
in auro una cum aliis summis pecu-
niarum florenorumque in eisdem bonis
prioribus litteris iuste et legitime inscri-
ptis predicto Nicolao et ipsius Succes-
soribus per nos et Successores nostros fu-
erint integraliter persolutis, quibus so-
latis possessione bonorum eorundem ad
nos et Successores nostros convertetur

pleno jure

pleno jure salvois per omnia juraibus nostris.
 Harum quibus sigillum nostrum est sub-
 appensum testimonio literarum. Dat
 Iaudominio feria sexta ante festum
 Sancti Valentini, Anno Domini mille-
 simo quadringentesimo nonagesimo sexto,
 Regni vero nostri Anno quarto.

Relatio Audi in
 Chio Patris Domini
 Cressai Episcopi Ula-
 diasiensis et Re-
 gni Pod Cancellarii.

[Faint, mostly illegible handwritten text, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

